



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Lect. 1. Pro Festo S. Andreae tripartita, Venite post me facia[m] vos fieri
Pescatores &c. Mat. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

VITIS FLORIGERA PRO FESTO S. ANDREÆ.

Lect. I.
triparti.

Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Et. Matth. 4.

PARS. I.
Quomo-
do Chri-
stus S.
Andræa

initiali-
ter voca-
verit.
Ioan. 1.

Luce. 1.

Chryso-
st. alii

S. Andr.
circa
quam
horam
venit.

EX Evangelico textu clarum est, S. Andream fuisse unum ex discipulis S. Joannis Baptistæ, ab ipsoque ad Christum transivisse ipsius Joannis impulsu & instructione, dum conspecto Christo de illo testimonium perhiberet coram discipulis dicens: *Ecce Agnus Dei*. Nimirum ad id venerat Joannes, non ut sibi, sed ut Christo pararet plebem perfectam, discipulosque præ institueret ad eum mittendos, sicque non sibi fructificaret, sed illi cuius erat parantissimus & præcursor, cujus unicæ gloriæ adamabat, omnique studio procurabat. Fuit ergo præcursor, non solum conceptione, admirabili & vita, sed etiam prædicatione & baptismo, martyrio quoque & morte, denique & ad limbum descensu; in quibus omnibus Christum antecessit, & quodammodo ei viam præparavit. Fuit quoque præcursor discipulorum quorundam congregatione, quos in Christi intrabat notitia & fide; testimonium enim perhibuit, quia hic est qui baptizat in Spiritu Sancto, quia hic est Agnus, quia hic est qui tollit peccatum mundi, quia hic est Filius Dei. Sicque illos transiit ad se ad Christum, tamquam à lucerna umbrosa ad claram veritatis lucem, ab aurora ad Solem, à milite ad Ducem à vexillifero ad Imperatorem, à conservo ad Dominum, à discipulo ad supremum Præceptorem, à parantissimo ad Sponsum, denique à voce ad Verbum, à lege ad Evangelium.

Andreas ergo mox ut audivit à Joanne hic est Agnus & Filius Dei, exarsit in desiderium doctrinæ & colloqui ipsius; unde secutus est eum cum altero discipulo, qui existimatur fuisse Joannes Evangelista, sed ex humilitate nomen suum reticuisse. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, hilari excepit vultu, & dicit eis: *Quid queritis?* Sciebat quid quærent, sed eorum vultu desiderium excitare & exacerare. Mox enim se avidos esse doctrinæ ejus aperit, & discipulos profitentur, dum eum vocant *Magistrum*, & dicunt: *Vbi habitas?* Quasi dicerent: *Magister optamus scire ubi hospitemur, ut possimus te convenire, nec semel duntaxat aut in transitu, sed sæpius te audire, & moram tecum trahere, ut nostro satisfacere valeamus desiderio.*

Notant nonnulli quod hora dicatur quasi decima fuisse, ut memoria reficeretur signi Ezechie datus pro adventu Salvatoris, cum Sol regressus

est decem lineis quasi decem horis. Aderat ergo ille qui tunc promittebatur, & hujus audiendi cupiditate flagrabant. Sed quam suaviter se cum illis gerat Dominus, quamque respondeat desiderio eorum benigne & gratosè, attende ex ejus verbis: *Venite*, inquit, *& videte*. Non recusat introducere in diversorium suum (nec enim propria usus est domo) non suspenderit ambiguos, non remittit in crastinum, cum tamen jam Sol ad occasum tenderet, & non nisi duæ essent horæ restitue diei. Erat enim hora decima, Judæi autem in S. Andream duo decim horas partiebantur diem, quæ brevior hora res erant tempore hyberno, longiores æstivo, vocatus Nempe alia tempus habent, sed conversioni ad Omne Deum omne tempus opportunum est, nec mora tempus trahenda, aut differendum est, cum celestis doctrinæ impetendæ occasio occurrit. Ideo ergo sicut com- eis confestim dicit Dominus: *Venite, & videte, modum.* Quasi dicat cum Psalmista: *Accedite & illuminamini, & facies vestra non confundentur.* Aut quasi invitet cum Ecclesiastico: *Appropiate ad me vno.* *Ecclesi. 1. 12.* *& congregate vos in domum discipline.* *Quid adhuc tardatis? Anima vestra stant vobis, aut quasi pronunciet illud Sapientis: *Beatus qui audit Prov. 8. 17.* *& vigilat ad fores meas quotidie. Qui me invenit invenit vitam, & habiet salutem à Domino.* Blandè ergo præveniuntur à Domino per interrogationem qua se ad eos primò convertit, & dicit: *Quid queritis?* Benignissime excipiuntur per responsum suave: *Venite, & videte*. Sic & adimpletur illud, quod de Sapientia dicitur: *Facile videtur ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui querunt illam. Præoccupat qui se concipiunt, ut illa se prior ostendat. Dignos se ipsa circum querens, & in visu ostendit se illi hilariter. Intuum illum verissima est disciplina concipiendi.**

Venit ergo Andreas sic invitatus cum alio discipulo Joannis, & viderunt ubi maneret Jesus, cuiusque huius sunt alloquio divino. *Quam beatum S. Aug. in diem duxerunt, quam beatam noctem: Quam est qui Ioan. 1. 1. nobis dicat quæ audiverunt illi à Domino. Edificemus & nosmetipsi in corde nostro, & discemus domum in S. Andream quam ipse veniat & docet nos: Lumen ostiorum ejus extorat pes tuus, surge ad illum venire assidue, & Alloquio arduo præceptum ejus. Si Samaritana solum in transitu a deo est recreata ejus alloquio, ut cum cum gaudio mox cuilibet de civitate annunciet Ioan. 4. quid putas factum cum Andream, qui illius quo accit*

Totus secundus.

a

ecclit

accersit diei partem, noctisque quantum voluit, cum Domino colloquendo continuavit? Annon verè potuit dicere cum Psalme: *Nox illuminatio mea in deliciis meis?* Proximus fonti non potuit non hausisse cum gaudio ubertim aquam vitæ. Quapropter subsequente die hoc gaudium nox effundere gestit in sinum eorum quos obviam habuit, ut & illius gaudii confortes forent, luminisque ac gratiæ eâ nocte perceptæ. Unde cum invenisset primum fratrem suum *Simonem* dixit: *Invenimus Messiam, sive Christum, & adduxit eum ad Jesum.* Totus nimirum inflammatus ex Christi colloquio, totus gaudii plenus, thesaurum quem invenit. Non enim sic est in spiritali thesauro sicut in temporali, quò enim in plures dispergitur, èd minus ad quèq; redit; ac spiritalis, si pluribus communicatur. augetur Inventio Messias, thesauri erat pretiosissimi inventio, qui jam diu desiderabatur, quærebatur, cum suspirijs & gemitu invocabatur ab iis qui expectabant redemptionem Israel. Vnde nihil pretiosius *Avareus* nunciare poterat, quàm hanc liberationem adventuræ, invento Messia & Liberatore. Idemque videtur potuisse dicere quod olim leprosi, qui eam liberatam invenissent Samaritaniam ab insidione (sugatis hostibus & cadris desertis) dixerunt invicem: *Hac dies boni nunciasti, fratruerimus, sceleris arguimur.* Sic non potuit *S. Andreas* fratrem suum sibi obvium non iustificare feliciter, & ad Christum adducere, ut frater fieret non solum sanguine, sed & spiritu; non solum carne, sed & fide; non solum natura, sed & gratia. Jam adimplet illud quod longè postea dicit *S. Ioannes*. *Spiritus est Sponsa dicunt, Veni, et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, veniat, et qui vult, accipiat aquam vivam gratis.* Spiritus Domini præveniens gratia sua *Andream*, dicebat ei interius, *Veni, amò & exterius, Veni et Vide.* Et Sponsa, quam jam inceperat sibi Christus Sponsus novus jungere, idem celebratur eius interiori, auri insinare, sed & paranympus Sponsi Ioannes ad idipsum hortabatur, ut iret ad Sponsum futurum amicus Sponsi. Discipulusque primus, Mox verò ipse obediens, dicit quoque fratri suo, *Veni*, & adducit eum. Et quia uterque stitit ad fontem vitæ, uterque venit ut hauseret & acciperet aquam vitæ gratis.

Psal. 139

Ioan. 1.

4 Reg. 7.

Per S. Andream S. Petrus vocatus

Apoc. 2.2

De Petrus et Andream primitia vocatio Christi.

turum totius cœtus Apostolici, per quem tot convulsarum miracula, tot hominum millia sunt converta. Sic fratri suo *Andree* ex parte debet Petrus primam suam vocationem, quæ radix fuit omnium postea subsequenrium donorum, & prerogativarum cœlestium. Nam cum adduxisset eum *Andreas* extunc speciali intuitu respexit eum Christus, tamquam futurum fundamentum ædificii quod moliebatur. Quapropter sic dicit *S. Ioannes*: *Invenimus autem eum Iesus dixit, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Sive ergo hoc dixerit ei, extunc nomen istud imponendo, ut existimas *S. August.* Beda, & nonnulli alii Interpretes, sive prænunciando illud nomen postmodum imponendum, quod factum fuit in morte, ut existimas *S. Apollolos*, ubi dicitur: *Imposuit Simoni nomen Petrus.* Certum interim est, intuitum illum Domini, quo respexit Petrum, & quo cum se allocutus est, amoris fuisse plenum, & gratiæ prænuncium.

Altera vocatio ad perfectam sequelam discipuli, *PARUS II* pulatum, & adhesionem firmissimam, fuit De voca illa, de qua in præfati Evangelio, quando scilicet *S. cœlestis ambulans circa mare vidit hos duos fratres* *Andree* tres mittentes retia, & dixit eis: *Venite post me, faciam vos piscatores hominum.* Tunc enim velicis solatum, *retibus, et patre secuti sunt eum.* In qua quidem vocatione & sequela pluma occurrit consideratio digna.

Primo quidem, quid est quod Dominus sublimis sapientiæ discipulos congregatur, qui in *Christum* universum orbem doctrinæ copiam postmodum, *resuscitantes* erant, ad mare procegit? Cur non potius, *curtus* ad *Gyannassa* Sapientium accedit, & ad *Academias* eruditorum, ut inde seligeret ingenia polittissima? An talia deerant Athenis, ubi nominatissimum Philosophiæ erat Lyceum? An non Romæ diligentissimè erat collectum, quicquid a libi fuerat institutum? Cur Romanam ergo fastidit eloquentiam, adeo aptam Orbis conversioni ad quidibet persuadendum? Cur non adit *Academiam* *Palæstinæ*, nomine *Caristepher*, id est *Vrbis litterarum*. Cur non *Theman*, que fuit *Academia* *Idumææ*, aut *Thecum*, que erat *Academia* *Chananea*, ideoque vocatur *Mater in Israel*, *Curnon* *Memphim*, aut *Heliopolim*, aut *Alexandriam*, quæ erant *Academias* *Aegypti*? Sed si extraneos respuit discipulos cur talem *Hierosolymam* non ingreditur vira sapientiæ cultam profitentem in *Gymnasis* suis, ubi tot legis Doctores famosi confidebant? Verum hos omnes timidus desepxit, & humiles respexit; quia licet omnes isti in *Academijs* eruditi sapientiam venderent, a vera sapientia longe aberant. Vnde de illis dicitur: *Dareliquerunt fontem sapientiæ, et vitam disciplinæ ignoraverunt, neque velle laxerunt semitas ejus, neq; filii eorum susceperunt eam: & facie eorum longè sicut est, nò est audita in terra Chananaan, neq; visus est*

Thomas Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam qua de terra est, viam sapientie nesciverunt. Non hoc elegit Dominus. Ambulat ergo circum mare, ut ibi piscatores, humiles, pauperes, illiteratos, rudes ignobiles & obscuros eligat, totius orbis futuros Doctores. Quid ita? Ut ostenderet se mundum convertere non sapientia hominum, aut potentia, sed sua virtute & gratia; sicque hac ratione vult confundere fortitudinem arrogantem, sapientiam subilem; nobilitatem mundi tumidam, per ignorantiam, simplicitatem, debilitatem. Cuiusmodi confudit Philistaeos per asini mandibulam, cui potuisset alia arma eligere, quibus de illis triumpharet: Ut victoria non tam instrumento, ad bellum parum apto, quam fortitudini bellantis adscriberetur. Similiter dicendum Christum mundum sibi subicientem illiteratos & impotentes elegerit, ut non haberet ipsi unde gloriantur; mundus autem haberet unde confunderetur.

1. Cor. 1. Hae est ratio ipsius Apostoli dicens: *Infirmi mundi elegit Deus, ut confundat fortia, ut non gloriatur omnia caro*. Hanc eandem rationem frequenter inculcant SS. Patres inter quos S. Augustinus Sciebat, inquit, si eligeret Senatorem, dicit Senator, dignitas mea electa est. Si divitem, diceret, opulentia mea; si Regem potestas mea; si Oratorem aut Philosophum, eloquentia & sapientia mea electa est. Dicit ergo Dominus: Relinquatur superbi istius, nihil inveni. Veni tu propter, nihil habes nihil nostri, sequere me, tam largo facti vas mane admovendum est. Vides quomodo nihil hic habeat homo unde gloriatur, sed divinae habeat adscribere virtuti, quicquid in opere salutis per Apostolos electos peractum est? Propterea subdit: *Dimisit verba piscator, accepit gratiam & factus est divinus Orator, Leguntur nunc verba piscatorum, & subdantur colla Oratorum.* Et alibi rursus eadem de re sic loquitur. *Volens Christus arrogantiam superbiorum frangere, non quasi vult per Oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Celeste ergo fuit consilium non eligere sapientes, aut divites, aut nobiles, ne traduxisset prudentiam ne redemisset divitiam, ne potentiam, nobilitatisque, aut fortitatem aliquam ad suam gratiam traxisset videretur, ut loquitur.*

Christus piscatus piscatores
 1. Cor. 15. Itaque Dominus ambulat circa mare, ut piscatores ipsos suis ipse retibus ad se trahat. O rete potens verbum illud: *Venite post me!* Trahit verò eos, ut per eos alios postmodum expiscari valeat. *Faciunt inquit, vos fieri piscatores.* Quasi dicat. Ego ipse id muneris vobis dare possum, idque exequi possum per vos quod ad spiritualem piscationem opus fuerit. Ne queratis quomodo fieri possit, ut vos simplices & idiotae, homines seculo & peccatis immeritos piscari, & ad salutem attrahere valeatis: ego ipse id faciam, ego eligo vos, ego omnia ita dirigam, ut efficiatis, id vobis solum curae sit, ut me sequamini & obsequentes sitis. Offerte promptam voluntatem, supplebo omnia in vobis: *Ego enim vos eligi qui cecis, & fructum afferatis*

& fructum vester maneat. Ego vos elegi: ut laxetis retia vestra in capturam non sine fructu eximio. Quapropter de his piscatoribus eleganter dicit Sanctus Ambrosius: *Vide quid piscator ipse profecerit. Dum in mari lucrum suum quaerit, vitam invenit omnium. Lumbum deseruit. Deum reperit. Scalmum reliquit, verbum invenit. Lina laxavit, fidem vincit. Plicavit retia, homines elevavit. Mare brevavit, caelum acquisivit. Hic ergo piscator dum ipse turbato agitur sale, mobili mentis, statim evanescit fundavit in petra.*

Rursus, ideo ambulavit Dominus circa mare, ut sicut de mari ascendunt nubes pluvia terram aridam irrigantes & fecundantes; ita & ipse mysticas illas nubes de mari vocavit & eduxit, de quibus illud: *Qui sunt isti, qui ut nubes volant?* Apostoli enim nubes volantes dicuntur, quia imbrem doctrinae gratiae circumtulserunt ad irriganda corda arida, *Pluviam voluntariam quam segregavit Deus hereditati suae.* Quasi nubes fecundae pluebant verbis coruscabant miraculis, ad caelum volabant elevatione mentis, & modo in unam, modo in alteram terram ferebantur, prout spiritus directio impellebat. *Educens nubes ab extramo israhel fulgura implu viam fecit,* quod etiam de Apostolis verum est. Eduxit enim eos Dominus de humilitatis humo, & de mari huius saeculi, ut spiritu suo huc illuc eos impelleret. Et sicut nubium vox est tonitru, sic & illorum vox, instar tonitru, fuit Evangelice praedicationis vox efficacissima. Hac improbos percellabant, & quasi fulmine fulguriente, eos coelestis lucis confectione perfrangebant, intimos mentis & cordis recessus penetrantes. Adde, quod sicut nubes in Scriptura dicuntur. *Currus Dei gloriosus,* ita & haec nubes recte Currus Dei titulo insigniuntur, quando quidem eius nomen & gloriam, eius maiestatem & magnificentiam toto inexcitant orbe, ita ut de illis verum iterum sit illud Psalmi: *Eccce dabit voci suae vocem virtutis, dabo gloriam Deo super Israel, magnificentiam & virtutem eius in nubibus.*

Denique Dominus Apostolos vocatus ambulabat circa aquas, ut sicut olim initio saeculi fundatur Orbem, spiritus eius ferebatur super aquas; ita & modo Orbem novum insubitus, vel veterem reformaturus, spiritus eius feratur super aquas, tum ut insubiat in Piscatores, & efficiat huius novi Orbis secum Fundatores, tum ut ipsis iam aquis incubet, quae generare debent novos homines. Atque etiam sicut olim Moyses eduxit ex aquis, ut populi sui Ducem postmodum cum constitueret (hinc enim dicitur est *Moses*, quia de aqua sublatum) sic & primos Duces populi sui novi ex aquis sustulit, ut postmodum educerent eum de Aegypto & potestate daemonis. Non ergo sine mysterio Dominus circa mare obambulavit, non sine mysterio de mari & piscatione novos evocat Piscatores, sicut olim de post sistantes Davidem eduxit Pastorem, qui pasceret gregem suum; & de itiva ac ara-

Lib. 3. de Virg.
 Ps. 114.
 Ps. 134.
 Ps. 67.
 Ps. 114.
 Ps. 67.
 Ps. 114.
 Ps. 67.
 Ps. 114.
 Ps. 67.
 Ps. 114.
 Ps. 67.



3 Reg. 19
Amos 7

abaratro eduxit *Elisam* in agro suo araturum, postquam *Eliaz* tetigisset pallium. Et de sycomorofructus vellentem evocavit *Amos* armentarium, & unxit *Prophetam*, & *Ducem*, qui stimularet boves strenuos in agro suo laborantes, vel torpidos excitaret, fructusque alios caperet. O igitur magna Domini providentia & potentia, in varia hominum vocatione consideranda & adoranda.

Cur 2.
fratres
Christus
vocavit.

¶ I.

¶ II.

¶ III.

Homil. 7
in Oper.
imperf.

S. An-
drea obe-
dientia
in voca-
tione
Christi.
Matth.
4.
Marc. 1.

Secundo considerandum est in vocatione *Andree* & *Petri*, quod Dominus fratres duos vocavit, & postmodum alios adhuc duos *Jacobum* & *Joannem*. Nempe sicut olim ex Aegyptiaca servitute volens populum suum educere, vocavit *Fratres Moysen* & *Aaron*, tamquam *Duces*; sic dum vult Ecclesiam suam de captivitate peccati educere, fratres accessit tamquam *Duces*. Simul etiam per hoc docet eos qui populum Christianum ducere debent, fratres esse debere, dilectione & pace, concordia gratia, & doctrinae unitate, ut idipsum sentiant & dicant, ejusdem spiritus participes effecti. Sicut enim olim *Moyse* eligens, ac postmodum septuaginta sub eo *Judices* populi ejusdem eos fecit spiritus participes, auferens de spiritu *Moyse*, & tradens eis ut essent eorum onus populi cum illo. Ita suos *Discipulos* & *Apostolos* *Christus* eodem spiritu replevit, ut gubernarent Ecclesiam spiritus & doctrinae concordia: atque unione, fraternaque dilectione. Voluit quoque duorum paria fratrum ad discipulatum vocando adumbrare, quod omnes *Christiani*, tamquam *Christi discipuli*, fraternitatem debebant colere, in qua fundavit *Christianissimum*, *Apostolatū*, *Ecclesiam*, Haec est interpretatio *SS. Patrum*. inter quos sic loquitur *Venerabilis Beda*: Cum *Christus* carnem fratres elegit, ostendit quod qui discipulatus ejus volumus adhaerere fratres esse debemus, non carne, sed spiritu, non generaliter, sed charitate, quia unum Patrem habemus Deum, & mater nostra Ecclesia est. Audi & *Chrysostr.* Sicut in edificio lapis ad lapidem cemente confringitur, sic in edificio Ecclesia *Christiana* ad *Christianum* charitate connectitur. Ideo super fraternitatem charitatis Ecclesia composuit fundamenta, ut radicibus charitatis exuberans quasi humor ascendant in ramos. Et hoc super amorem naturalem, ut non solum per gratiam, sed etiam per naturam ipse amor firmior habeatur. Sic enim fecit Deus in veteri Testamento, edificaturus populum per legem, supra *Moyse* & *Aaron* fratres posuit adificationis initium. Quoniam autem abundantior gratia erat futurorum Testamenti quam veteris, ideo populum illum edificavit secundum unam fraternitatem, hunc autem secundum duas. Haec ipse. Quam eandem rationem asserit *S. Thomas* in *Matth. cap. 4.* Tertio, consideratione digna est post hanc vocationem *Andree* prompta obedientia. Illi autem statim relicto rebus & patre secuti sunt eum: Relicto patre *Zebedae* in nave cum mercenariis secuti sunt eum. Nempe non mercenario affectu sed prompta obedientia & filiali affectu Dominum jam novum

Patrem secuti sunt solo verbo invitentem, nec mercedis ullam mentionem facientem. Secuti ergo sunt, non tam pedum incessu, quam obedientia & affectu, nec ullam interposuere moram, aut excusationem, sed mox reliquerunt retia omnia. Non solum navis retia quibus lucrum captabant, sed etiam retia omnia quibus poterant retineri, hoc est omnem affectum, sive ad patrem, sive ad domum propriam, sive ad qualibet alia caduca, quae sunt retia multos irretientia, ne ad Christum liberè convolent, & illi firmiter adhaereant. Sanè de nonnullis in Evangelio fit mentio, vocatis ad sequelam Domini, sed rete invententibus, id est oque tergiverfantibus, aut dilationem expectantibus. Sic dicit quidam vocatus à Domino: Dimittite me primum, & sepelire patrem meum. Hoc erat rete: quod ut distemperet, respondit Dominus: Dimittite mortuos sepelire mortuos suos. Sic & alius invenit rete involvens pedes suos, qui dicit: Sequar te Domine, sed permittite mihi primum renunciare eu qui domi sunt. Hoc quoque rete ut distolveret *Christus*, dixit: Nemo potest manum suam ad aratrum, & respicere retro, aptus est regno Dei. Denique, ille quoque rete infelix invenit, nec distulit, qui postquam audivit à Domino: Si vis perfectus esse, vende & veni de omni qua habes, & da pauperibus, & sequere me, abiit tristis, nec secutus est. Nempe rete fallax divitiarum cor ejus continuo involvebat, nec ei libertatem dabat protinus convolandi ad Dominum vocentem. Non sic in *Andrea*, qui perfectè obedientiae formam mox adimplevit, & nobis tradidit imitandam, ut cum à Domino vocatione interiore, vel ad vitae emendationem, vel ad majorem perfectionem vocatur, non obstitamus, nec differamus, sed intuentem obedientiam, propterantes in ista fulgura coruscantis, scilicet *Erasmus*, quodque vocem Deus corvinam odit, quae *Cras* erat insonat & gemitum columbinum ad amorem maturatum. Illico igitur vocatus *Andreas*, potuit illud *Jobi* obediendo dicere: Vestigia ejus *Job. 23.* secutus est pes meus, viam ejus custodivi, & non declina vi ex ea.

Matth. 8.

Luc. 9.

Matth. 19.

S. Ambrosius

Job. 23.

Job. 23.

Tertia vocatio *S. Andree* fuit non solum ad familiaritatem, aut novitiam *Christi*, aut ad ejus *De* voia-sequelam & *Apostolatū*, sed etiam ad martyriū, tione *S.* sive ad mortem sibi similem; per crucem scilicet, *Andree* ad quam etiam vocavit *Petrus* fratrem *Andree*, ad *cu-*llinde de *Andrea* & *Petro*, eorumque prerogativis *cem*, agens *B. P. Damiani*. Cum divina dispensatio *Petri* & *Andree* consummare per crucem supplicium voluit, inter ceteros *Apostolos* conspici eos fecit. *Cruce* enim, quae *Regem* praemisit ad seipsum, eandem utriusque militem evertit ad praemium. O beata germanitas, quam sicut mundo una consors, unitas & dedit, sic eade triumphato mors victores ad astra transtulit; & quae in hac vita unitus generis procul natura conjores, in illam beatitudinem aeternae patriae pariter aequales!

614/179

Ejundem nobilitatis in terra eandem pro spia celsitudinem forsuntur in celo. Qui enim hic sunt filij loannis, illic sunt filij crucis.

Hanc vocationem ad martyrium crucis etiam infirmatam fuisse à Domino his verbis: Venite post me nonnulli interpretes autamant. Nam & cum Petro post resurrectionem Dominus dixit:

ANN. 21. Tu me sequere, illis verbis significavit quae morte esset mortuus, quodque ad Crucem Dominum esset secutus. Idipsum ergo potest emphaticè intelligi, in illis verbis ad Petrum & Andream directis: Venite post me. Non solum scilicet ad Apostolorum, sed etiam ad crucis martyrium invitare eos censendus est, quos sui imitatores & perfectos seclatores tam in vita, quam in morte voluit esse, quandoquidem eos vocavit, & dedit Paritatem quam primitiam, prima hac lectione & vocatione eos alijs praeferebat. Itaque vestigia Christi secuti sunt perfecte, hoc est non solum eius humilitatem, manifestudinem, charitatem, patientiam in laboribus, sed etiam obedientiam usque ad mortem, mortem autem crucis. Christus crucifixus fuit capite inclinato versus terram, respiciens illam pro qua moriebatur, quamque impiam olim sanguine Abelis innocentis expiavit proprio suo cruce, ut vocemulterius non exereret Abelis ad Deum pro vindicta clamantis. Respiciat quoque Calvariam Adā suis ibi substratam pedibus, in eoque loco sepultam & infosam, ut tradunt SS. Patres, Petrus autem crucifixus fuit in verso modo, ut respiceret caelum, cuius claves sibi commissas erant, & ad quod iamjam eiter parabat rectum & securum. Andreas vero crucifixus utans versus; partem ut respiciat Christum tamquam Redemptorem suum & primum Duceum; partem ut respiciat Petrum tamquam sub Christu Apostolorum Coriphæum. Sive ut quidam ex antiquis loquuntur, ut manum dexteram porrigeret ad Christum, patens auxiliium ascendens in caelum, sinistram ad Petrum patens aperiri sibi eius clavere regnum caelorum.

Cur S. Andreas transversus crucis sit. Quia ergo Andreas illud erat à Domino. Veni post me, ideo ei tantus adhesit amor crucis in qua debebat haec sequela Christi: perfecta mansuetudo & consummationem accipere. Quapropter licet populus concurrens in clamaret: Innoceat eius sanguis sine causa damnetur, velletque eum eripere, rogavit obnixè ne istud crucis martyrium impeditur. Immo & cum Aegeas Proconsul clamore populi impulsus eum de cruce deponi iudicaret dicebat: Jam regem mentem vivo, cuius vestigia sequi debeo, hunc adoro, hunc conspexi, progens assisto. Tunc quoque ad Dominum conversus eum lacrimis rogabat. Tu me Christus suscipe neq. famulum tuum propter te in cruce pendens, solus permiste ut te perfectè sequi valeat, & post te veniat. Cumque istud brachia eius contingeret, ut e cruce solveret, mox brachium illi dextera exarecens torpidum & inutile redditum est. Denique caeleste lumen mirum

splendorem circumfudit, ita ut nullus astantium Apotolum in cruce posset inuerti, dimidiamque circiter post horam abeunte splendore illo, spiritum in cruce reddidit suum, secutus vox Redemptorem ad gloriam.

Anavit itaq; S. Andreas crucem magis quam ullus procus unquam adamasse legatur suam amantissimam. Illam sibi paratam, quanto affectu, quam ardentem, quantis verborum blanditijs, quanta cordis tenentudine amplectitur, excolatur, salutè quot elogijs deprecatur? O bona Crux, quae decoro ex membris Domini seipsi, diu desiderata sollicitè amata, sine intermissione quaesita, & aliquando cupienti animo preparata, accipe me ab hominibus, & reddere magis pro meo; ut per te me recipiat, què per te me redemit. Quae verba considerans S. Bern. corde ipsius tamquam è fornace exultante exultantia, sic ait: Fratres mei igne vibrans est non lingua loquens; & si lingua est, ignea planè est, carbonis de S. And. sunt verba eius, & ignis quem de excelso missi Christus in ossibus eius. Amor certe crucis adeo tener, adeo fervens, adeo inseparabilis & insuperabilis in S. Andrea fuit, ut videatur in hoc quadam ratione superasse fratrem suum Petrum, cui cum Christus Dominus mortem per crucis patibulum praenunciaret, dixit: Cum eses junior, singebas te, & ambulas Ioann. 21. bas quo volebas. Cum autem senseris, alius cinget te & vincet quo tu non vis. Quid est quo tu non vis? Nepe voluntas sensitiva: partis quadam resistentia difficultatem experta erat in Petro, quāvis & eam rationalis pars erat fortiter superatura. At de S. Andrea quomodo dicere possumus: Quod te alius quo tu non vis, cum ipse maximo eum gaudia ad crucem procedat, aut quam ad thalamum optatissimum, in quo cum Christo quiescit ut reperitur & vitam? Equidem & Christus in cruce invenit amaritudinem, inde angitur & orat calicem transferri, Andreas vero ibi invenit suavitatem, invenit lætitiā, invenit unctiōnem. Quid ita? Quia Christus ideo in crucem est actus, ut in veniens ibi mortem amarantem efficeret eam lignum vivo ramulis apprehendens eam cum amore Bibens ergo calicem passionis, absintitit quicquid erat amaritudinis, & inde transtulit in eos qui verè discipuli sui forent, ut audacter illa biberent hunc calicem salutaris, nomen Domini in vocando. Hoc attendens S. Bernardus de melliflua cruce sic melliflue loquitur. Certo Crux speciosa est. Crux amari potest Crux habet exultationem. Itaq; si frater, si fuerit qui colligat, semper per lignum Crucis vitam germinat. Serm. de S. And. fructificat iucunditatem, oleum latius stillat, balsamum, id est spiritum salutem charismatum. Nō est sic ut sitis arbor, lignum est vicia apprehendens, ibi illos, arbor fructifera, arbor salutaris est, alioqui quomodo Domine am occiparet terram?

Andreas amor crucis in S. Andr.

Bern. ser.

Ioann. 21.

Serm. de S. Andr.

Crux S. And. ca-crucem adamant, tamquam Magistri sui (suam) thedra que post ipsum) cathedram: sublimis sapientiae. doctrina Neque enim ei satis fuit orbem: peragrando salutis

6
vatis doctrinae monita dedisse, pro conversione animarum maximos subeundo labores, sed etiam in cruce non cessavit à prædicatione, ita ut verè potuerit dicere illud: *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contra dicentem mihi.* Neque solum tribus horis in cruce monita dedit, sicut Christus Dominus septem sua mystica edens verba tamquam sigilla postrema libri Agni; sed biduo pendens continuo verba vite pronunciat astantibus. Multosque ex cathedra convertisse haud dubium esse potest, quandoquidem multi inclamarent: *Innocens ejus sanguis sine causa damnatur.* Et quia multi convertebantur ejus verbis, ideo voluit eum Aegras de cruce deponere, nec tamen id eoslitus est permittitum. Hic ergo patet, quam verum sit illud S. Chrysostomi: *Docerem si vinceret, doctrinam vincere non valet; lingua, non manu scribitur verbum, quod nullu subiacet vinculo.* dicitur Paulo. *Verbum Dei non est alligatum,* cum ipse alligatus & vinculis detineretur.

Rom. 10.

2 Tim. 2.

Ser. de S. Cypria.

Conclusio.

Prædicavit ergo Andreas in cathedra crucis usque ad ultimum spiritum, in quare mirè ejus eluxit zelus & ardens charitas. Quando enim quispiam gravi aliquo dolore constrictus, vix loqui potest, quantus vero dolor est in homine cruci affixio? Sed eo non oblitante Andreas, cum solam linguam liberam haberet, omnibus membris vinculis & excruciatas, illam in salutem proximi impendere non desistit, quamdiu halitus superfluit. Sic de ipso dicere possumus, quod S. Aug. *Vicina corporis morte, non moriebatur in animo Pastor vigilans in pastoralis, & cura tuendi gregis. Non exultabat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus eruenti carnis suæ. Ita & Mariyrem cogitabat, ut esse non oblitisceretur Episcopum. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat. Amas me? Pasce oves meas Pascebat oves sue, pro quibus sanguinem fundere illum imitans properabat.* Neque verò desistit moriens à cruce Andreas prædicare, quandoquidem adhuc modo dum eum pendente cernimus, censetur cordi nostro inserere verbum vite, cupiens nos crucis amatores efficere, docensque quod in Christo & ejus amore ad extremum usque spiritum oporteat non perseverare, crucemque nostram tollere & Christum sequi crucifixum.

humilitatis tuæ, charitatis, patientiæ, sanctimoniam. Tandemque effice, ut possimus illud Apostoli dicere: *Christo confixus sum cruci,* & cum eodem pronunciar: *Mihi absque gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.* Ibi ipsum & te audiamus tamquam à cathedra continuo nos docentem in fine usque sæculi; ibi enim non solum cubas, sed & passus in meridie, in amoris scilicet aestu & fervore; & cupis ibidem nos vivere & mori saltem desiderio & moderatione. Hoc ergo nobis concede, Apostolici tecum crucifixi imitatione & intercessionem.

Galat. 2.

Galat. 6.

IN FESTO S. BARBARÆ VIRGIN. LECT. 2. ET MART. bipartita

Ipse autem tuam, & oblitiscere populam tuam, & domum Patris tui, &c. Psalm. 44.

Conqueritur merito Rex & Propheta de hominibus hujus sæculi, quod relictis rebus veris & solidis, ad quas creati sunt, inhærent rebus vanis & fallacibus; quodque cor ad terram & terrena depriment, cum illud creatum sit ad cælum & celestia. Inspice cordis originem & figuram. Deorsum structum est & angustum. Sursum amplum est & angustum, quali Solo clausum Cælo apertum. Monet ut æterna suspiciamus, caduca despiciamus. Quapropter ut recordes ad meliora impellat, iure eos his verbis compellat: *Eihs hominum, usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Quasi dicat. Quid vobis cum cæno, qui estis de cælo? Quid vobis cum infimis, qui estis conscripti hæredes in supernis? Quid decipimini per vanitatem, quibus convocat scitari veritatem? Cur vos geitis ut filios hominum, nec memores estis vos filios Dei?*

Pars I. Barbara inclinat suam Deum

Psalm. 4.

Quod si hæc querimonia generaliter concernit filios Adæ & Evæ, quia dicuntur filii hominum: Quid de filiabus hujus sæculi, filiabusque hominum specialiter poterimus edicere? Dicamus de illis: *Filii hominum, usquequo gravi corde: Vt quid adoratis vanitatem, circumornata ut similitudo Terri: Vt quid queritis mendacem solum deturpantes imaginem Dei? Certe mira est vanitas in mulibris sexu, ad procurandum exteriorem ornatum, & corporis formam ac speciem. Non minor ei cultus, quam idolo adhibetur à plerisque. Quapropter minatur Dominus per Prophetam: *Decalvabit Dominus verticem silarum Sion, & erit sexus nem earum nudabit. Pro eo quod elevatae sunt, & multibris ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum i-mirabantur, & plaudebant ambulabant pedibus suis, & cõ-nitas, postmodum incedebant, in illa die auferet Deus Sicut ornamentum calcamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discerminalia, & perijcelidas, & mureculas, & olfactoriola & in.**